



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Carolus Guisanus n. 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*ij vera hu-  
ius sæculi  
lumina,  
omnium  
virtutum,  
ac discipli-  
narum ge-  
nere præ-  
diti.*

*Strenuè di-  
micantes  
pro fide pro-  
paganda, &  
Hereticis  
conuertendi-  
dis.*

*Diuina  
providentia  
in confir-  
matione  
Societatis.*

*Socij cha-  
ritate ple-  
ni, & ma-  
gna doctri-  
na exorna-  
ti, &c.*

dator firmiora quidem suæ gloriæ testimonia habere non potest, quam quæ per eius instituti sectatores vera huius sæculi lumina, omni virtutum, ac disciplinarum genere præditos, Deus ipse euidenter exhibet. Quomodo enim ij strenuè dimicantes tam præclara infide Catholica propaganda, in Hæreticis conuertendis, & in Christianis moribus vbique terrarum reformandis, cum summa omnium admiratione præstarent, nisi Deo Duce, idem B. Ignatius cælesti clamide indutus, militibus suis præfulgeret, æterni Regni vexilla præferret, animum, vires, armorumque præsidia suppeditaret. *Quid hoc testimonio illustrius! quod refertur apud P. Danielelem Bartoli in vita, & Instit. S. Ign. fol. 592.*

7. A BARTHOLOMÆO GVIDICCIONO: *Ille, qui nouarum Religionum sub Paulo 3. tam acer, & tam pertinax insectator, ut non verbo tantum, sed scripto etiam (ut fertur) ex Lateranensi, & Lugdunensi Concilio, lapsam potius veterum Ordinum disciplinam erigendam esse, contenderet, quam instituendam nouam; Societatis sine percepto, sic animo commotus est, ut diceret: Nouas Religiones non probo, hanc tamen non probare non audeo: sic enim interius afficior, eos motus animi diuinitus sentio, ut quo me summa ratio non ducit, eò voluntas incliniet, & affectu quodammodo inuitus complectar, quæ argumentis antea repudiabam. Ita apud Imag. 1. sæc. Societ. lib. 5. cap. 10. fol. 666. ex Par. 1. Hist. Soc. lib. 2. n. 114.*

8. A CAROLO GVISANO *Affirmante*, in Gallia Patronum Societatis, ac defensorem se fore, nequaquam alium sibi Patronum adscisceret. *Ita ille in eadem 1. Par. Hist. Soc. lib. 10. num. 108. \* Qui rursus eiusdem Societatis homines appellabat, Plenos charitate, exornatos magna doctrina, & prudentia, efficaces ardentissimosque in confessionibus audiendis, & in omni Ecclesiastico ministerio. Sic apud Euseb. in vita parua S. Ignatij cap. 40.*

9. A FRANCISCO MARIA *Episcopo Portuensi, Cardinali à Monte in Actis Canonizationis S. Francisci Xauerij, vbi agens de*  
eius